

fineque sudore ac disciplina et exercitatione ratio-  
nali verum vel flagitio , magis vero audacia , quae  
provenit ab exercitio et evolutione librorum , vel  
et persuasione cum praejudicio et deceptione , quae  
petitur a ministerio et servitudine , quam illi apud  
doctos viros effecerunt ; talibus et aliis false fictis  
modis , nominis huius digni putantur . Artis huius  
plane expertes , et imperiti , omni theoria et praxi  
disciplinaque destituti : morbus enim quid sit , causa  
symptomaque et remedium , qualis etiam ejus usus ,  
ita ignorant , ut nomina eorum vix accurate sciant ,  
multo minus definitiones ; adeoque morbum ita curare  
sciunt ut illum multo deteriorem , ac antea fuerat ,  
reddant .



§. 5. Ii igitur artem salutarem pessime pervertunt et  
foede deturpant , cum eius summi sint perditores ;  
suumenim imperitiam his flagitiis occultare conantur ,  
astutia , maloque dolo et deceptione , et adulatoriis  
quidem loquacibusque sermonibus , malignis autem  
et dolofis moribus ,